



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dispositio Et Perioche Historiae Evangelicae Per IIII.  
Euangelistas contextæ, necnon Actuum apostoloru[m],  
Epistolaru[m] quoq[ue] Pauli XIII. & Canonicaru[m] VII.**

**Bullinger, Heinrich**

**Tigvri, 1553**

**VD16 B 9605**

5 Argvmentvm Epistolæ S. Pavli Ad Ephesios.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35634**

## EPISTOLA PAULI

nerari, exosculetur hanc epistolam multo & meliores  
& certiores D. Pauli reliquias. Veste præstabilius est  
corpus, corpore nobilior animus. Animi uero reliquie  
literæ sunt. Præstant ergo hæ sanctorum reliquie, quæ  
animo et fidei sunt reliquie. Has amplectere relictis ari-  
dis isis & succu carentibus ossibus.

### S ARGUMENTVM EPISTOLAE S. PAULI AD EPHESIOS.

**N**ON necesse est arbitror multis exponere qui  
fuerint Ephesij, quæ Ephesiorum supersitio,  
quanto cum fructu quam aue cum authoritate, uirtute,  
fide & sedulitate Euangelium Christi his prædicarit  
apostolus Paulus. Ea enim exposuit fusissime Lucas in  
Actis cap. 19. & 20. Certè huius ecclesie maximam  
habuit rationem, & in hanc præ ceteris affectu maxi-  
mo præditus fuit. Bicennio enim in ipsa sedit, discedens  
Timotheum clarissimum sibi discipulum ibi reliquit, ma-  
terim ipse hortari, monere urgeretq; noctes atq; dies nõ  
cessauit, adeo ut ipse trienniu numerarit laboris in ipsis  
impensi, cum ab Epheso Miletum euocatis presbyteris  
profecturus ipse Hierosolymã quid faceret præscripsit.  
Præterea coniectus in uincula Ephesios subinde deside-  
rabat, pro Ephesijs uarijs curis et paternis distringebat

tur solitudinibus. Metuebat quod plerunq; fieri solet ne uinculis Doctoris sui attoniti deficerent à doctrinâ aut certe concuterentur uehementius, proinde hanc iam conscribit epistolam ab urbe è uinculis scilicet per Tychicum, ut ipse testatur in fine epistolæ.

Scopum ergo habet certissimum hæc epistola. Exponens enim breui compendio summam euangelij, hortatur ut in hac certa euangelij doctrina perstant, deinde studeant innocentie. Hoc enim esse consilium suum in hac epistola ipse testatur in cap. 3.

Nos, ut Lectori omnia sint perspicua & teneri possint facili memoria, partiemur hanc epistolam in partes duas. Prima absoluitur tribus primis capitibus. Secunda tribus consequentibus. In prima parte exponit breuissimo compendio absolutam euangelij summam, nempe quomodo deus in Christo toti orbi omnem dederit plenitudinem, hoc est remissionem peccatorum, sanctificationem, innocentiam, spem uitæ æternæ & omnium bonorum amplissimum inexhaustumq; aceruum: item quomodo omnes homines natura sint filij iræ, & iustificentur gratis per gratiam & fidem Iesu Christi, non per uires humanas aut opera nostra. Addit præterea Gentes in hoc iustificandorum consortio contineri. Christum enim unam ex Iudæis & Genibus fuisse ecclesiæ uerbūq; euangelij & Gemitus destinasse. Atq; his id est

## EPISTOLA PAULI

affigit exhortationem ut in instituto sancto & intellectu euangelij doctrina pergant. In secunda parte instituit mores & de sanctimonia uitae disputat, & hortando tradit qua debeant concordia, constancia & ueritasq; incremento illustres esse fideles. Dissertit item contra uaria & grauissima scelera, contra immunditiam, mendacia, fraudes, iram, inuidiam, spurcitiã, libidinem, luxum, & crapulam. Præterea optima instituit officia Christiana, erudiens quid deceat coniugatos, parentes & liberos, dominos ac seruos. Postremo uero armat Christianum militem panoplia spirituali, se quoq; et res suas precibus ipsorum ad deum commendans.

De genere dicendi quo in hac usus est Paulus absolutissimus dicendi artifex Erasmus sic iudicauit, Idem in hac epistola Pauli seruator, eadem profunditas, idem omnino spiritus ac pectus, uerum non alibi sermo hyperbaticus, anapodotus, alijsq; incommoditatibus molestior, siue id interpretis fuit quo fuit usus in hac, siue sensuum sublimitatem sermonis facultas non est assequuta. Certè stilius tantum dissonat à cæteris Pauli epistolis, ut alterius uideri possit, nisi pectus atq; indoles Paulinae mentis hanc prorsus illi uindicaret. Hactenus Erasmus.

ARG